Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

unum conueniant. ut post actum redep
tionis mysterium. omnes fideles animę
æternę uisioni intentę. se in unum qd
solum est necessarium. spiritu anima. & &
corpore colligant. Vt filiam ieptę gala
aditę. diebus quatuor plangant. ut hu
manitatem filii dei in quatuor sacramē
tis. incarnationis. passionis. resurrectio
nis. & ascensionis suę. cotidiana missa.
celebrationę. cum lacrimarum oblatio
ne recolant. Vt filiam ieptę galaaditę.
diebus quatuor plangant. ut in cena
dni. parasceue. sabbato. die paschali.
exequias. xpi. cum deuotis lacrimis
frequentare. STVDEAMVS.

SAMSON iste robustus peccat. &
testimonium passioni crucis phi
beat. Descendit itaq; samson. cum
patre suo & matre in thamnatha. cūq;
uenissent ad uineas oppidi. apparuit
catulus leonis seuus rugiens. & occur
rit eis. Irruit autē spiritus dni in sam
son. & dilaceruit leonem quasi hedu
in frusta decerpens. nihil omnino
habens in manu. & hoc patri & matri
noluit indicare. Descendit q. & locutus
est mulieri. quę placuerat oculis eius.
Et post aliquot dies reuertens ut accipe
ret eam. declinauit ut uideret cadauer
leonis. & ecce examen apum in ore leo
nis. ac fauus mellis. Quem cum sump
sisset in manibus. comedebat in uia. ue
nienq; ad patrē suum & ad matrem.
dedit eis partem. Qui & ipsi comederūt.
nec tamen eis uoluit indicare. qd mel
de corpore leonis SVMPSERAT.

SAMSON solis fortitudo dicitur. p quem ipse xpus dnis exprimitur. cuius ma
iestatis fulgore claritas solis accenditur.
Samson cum patre suo & matre in thamna
tha descendit. quia xpus cum pplo iudai
co carnis suę pgenitore. & matre synagoga.
in defectionem legis natus de muliere. fac
tus sub lege. aduenit. Venit ad uineas oppi
di. ad illas florentes literas ueteris testamē
ti. Catulus leonis seuus rugiens apparuit.
& eis occurrit. ille de quo iacob patriarcha
dixit. Catulus leonis iuda. Leo enim aptis
oculis dormit. & ipse catulus leonis fuit.
qui in morte carnis aptos oculos suę diui
nitatis habuit. qui non dormitat neq;
dormit. Qui seuus & rugiens apparuit. di
districtum continentię. ppositum in hoc
mundo degens tenuit. & rugitum pdica
tionis emisit. Qui ei occurrit. dum filio
dei ad redemptionem mundi. in unionē
psonę assumpta humanitas obtemperauit.
Spiritus dni in samson irruit. quia p spm
sanctum xpus suę passionis mysterium p
egit. Vnde apls dicit. Xpus p spiritū semē
semetipsum obtulit immaculatum deo.
& emundauit conscientiā nrām ab opibus
mortuis. ad seruiendum deo uiuenti. Sam
son leonem dilaceraat. dum xpus assump
tam humanitatē. passionis suę supplicis
mutuplicitr macerat. Leo quasi hedus
in frusta decerpitur. dum in similitudinē
carnis peccatricis quę p hedum exprimit.
caro filii dei in torculari crucis conteritur.
Samson nihil omnino in manu habet.
quia xpus totius peccati culpa carit. p qua
mortis supplicium toleret. Samson pat
& matri non uult hoc indicare. quia xpus
synagogę pplo iudaico. crucis suę myste